

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 4859

**Auteur(s) :** Robert Herart [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Pont-de-l'Arche, Notre-Dame de Bonport (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1250, septembre

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert Herart vend aux religieux de Bonport une pièce de terre à Léry.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissey, 1862, n° CLXXXIII, p. 186-187.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, presentibus pariter et futuris, quod ego Robertus dictus Herart, assensu et voluntate Margarete, uxoris mee, vendidi et concessi et omnino reliqui abbatii et conventui Boni Portus, Cisterciensis ordinis, unam peciam terre quam habebam in territorio de Lereio, sitam inter terram dictorum abbatis et conventus, ex una parte, et terram Michaelis dicti Morant, ex altera, sicut se proportionat in longitudine et latitudine: aboutantem superius ad terram Nicholai Le Tourien, inferius aboutantem ad terram Guillelmi Leporchier: tenendam et habendam et possidendam in perpetuum, jure hereditario, in pace, libere et quiete, absque aliqua contradictione mei vel heredum meorum. Et sciendum est quod, tam ego dictus Robertus, quam heredes mei, tenemur dictis religiosis abbatii scilicet et conventui predictam peciam terre contra omnes garantizare, vel alibi, si necesse fuerit, valore ad valorem, excambiare in nostra propria hereditate, secundum usum patrie. Juravimus etiam ego sepelictus Robertus Erarth et Margareta, uxor mea, spontanea voluntate, non coacti, quod in dicta pecia terre a modo nichil reclamabimus, ratione feodi, vel dotis, seu aliqua alia ratione. Pro hac autem venditione et quitacione dederunt mihi Roberto Erarth dicti religiosi, abbas videlicet et conventus Boni Portus, sex libras turonensium, de quibus teneo me integre et perfecte et plenarie pro pagato. Ut igitur hoc ratum et stabile in perpetuum perseveret, presentem cartam eisdem dedi sigilli mei munimine roborantem et confirmantem omnia supradicta.

Actum anno gracie M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> quinquagesimo..... mense septembbris.

Testibus hiis : Roberto..... Nicholao Carnifice, et pluribus aliis.